UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolai tu hagiu Isidōru tu Pēlusiōtu

Isidorus <Pelusiota>

Parisiis, 1585

Hermino Comiti. 235.

urn:nbn:de:hbz:466:1-71898

Visual Library

veriſimile eſt etiam promiſcuè plebis virtutes, quæ nunc veſtra cauſa mortuæ atque extinctæ ſunt, rurſus ad vitam redituras eſſe.

Hermino Comiti. 235.

Quemadmodum nobilis arbor, cùm fructibus grauis eſt, ac foliis abundat, agricolam oblectat, & ſpectatores voluptate afficit, ac prætereuntes recreat & reficit: eodẽ modo is quoque qui in doctoris ſolio collocatus eſt, cùm & virtute ornatus & inſtructus eſt, & ſermone atque doctrina fulget, tum Deum oblectat, tum hominibus vtilitatem affert. Si autem alter vtro careat, diſcipulis haud admodum prodeſt. Vita enim opus eſt, propter eos qui ad culpandum & criminandum procliues ſunt: doctrina item ad refellendas hæreſes requiritur. Nam etſi citra ſermonis ac doctrinæ opem vitæ probitas multis vtilitati eſſe ſolet: tamen cùm eum in diſputationibus ac colloquiis vinci cõſpiciunt, grauiſſimis plerunque detrimentis afficiuntur, vt qui ab adulterinis dogmatibus ſurripiantur, atque in fraudem inducantur. Non enim id docentis imperitiæ, verùm dogmatis imbecillitati aſſignant. Rurſum ſi ſermo fluens magna vi aduerſarios profliget, ob vitæ improbitatem trophæi decus obſcuratur. Neque enim fide dignum hunc magiſtrum exiſtimabũt, qui non ea, quæ oportet, facit. Quocirca, & ſermone, & vita rutilare opus eſt. Qui enim facit & docet, inquit Chriſtus, hic magnus vocabitur in regno cælorũ. Quòd ſi ſolùm facere, docere eſſet, vt nonnulli putant, profectò ſecundum minimè adiunxiſſet.

Eidem. 236.

Etſi callidè ac ſingulari artificio Ægyptia mulier cupiditatis ac libidinis vela expanderat, laqueúmque, vt adoleſcẽtem caperet, ſtatuerat, atque & per oculos eũ velut præſtigiis quibuſdam ludebat (tragicum enim in modum corpus adornabat) & per aures eum deliniebat (nam ei

νῦν δι᾽ ὑμᾶς, εἰς παλιγγενεσίαν ἥξειν καὶ ἀναβίωσιν.

Ἑρμίνῳ κόμητι. ρλε.

Ὥσπερ εὐγενὲς δένδρον, ὅταν τῷ καρπῷ βρίθηται, καὶ τοῖς φύλλοις κομᾷ, καὶ τὸν γεωργὸν εὐφραίνει, καὶ τοὺς ὁρῶντας τέρπει, καὶ τοὺς παροδεύοντας ἀναπαύει· οὕτω καὶ ὁ εἰς τὸν διδασκαλικὸν ἱδρυθεὶς θρόνον, ὅταν τῇ ἀρετῇ κοσμῆται, καὶ τῷ λόγῳ ἀστράπτῃ, καὶ τὸν θεὸν εὐφραίνει, καὶ τοὺς ἀνθρώπους ὠφελεῖ. εἰ δὲ θατέρου ἔρημος εἴη, οὐ λίαν ὠφελεῖ τοὺς φοιτητάς. χρεία μὲν γὰρ τοῦ βίου, διὰ τοὺς φιλαιτίους· χρεία δὲ καὶ τοῦ λόγου, διὰ τοὺς κατὰ τῶν αἱρέσεων ἐλέγχους. εἰ γὰρ καὶ ἄνευ λόγου ὁ βίος ὠφελεῖν πέφυκε τοὺς πολλούς, ἀλλ᾽ ὅταν ἴδωσιν αὐτὸν ἡττώμενον ἐν συλλογισμοῖς καὶ διαλόγοις, εἰς τὰ καίρια πολλάκις βλάπτονται, ὑπὸ νόθων δογμάτων κλεπτόμενοι. οὐ γὰρ τὴν ἀπειρίαν τοῦ διδάσκοντος, ἀλλὰ τὴν τοῦ δόγματος αἰτιάσονται σαθρότητα. εἰ δ᾽ ὁ λόγος ῥέων κατὰ κράτος αἱρῇ τοὺς ἐναντίους, ἀπὸ τῆς τοῦ βίου φαυλότητος ἀμαυροῦται τὸ τρόπαιον. οὐκ ἀξιόπιστον γὰρ ἡγήσονται διδάσκαλον, τὸν μὴ τὰ δέοντα πράττοντα. οὐκοῦν χρὴ καὶ λόγῳ καὶ βίῳ ἀστράπτειν. ὁ γὰρ ποιῶν, φησὶ, καὶ διδάσκων, οὗτος μέγας κληθήσεται ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν. εἰ δὲ τὸ ποιῆσαι μόνον διδάξαι ἦν, ὡς οἴονταί τινες, οὐκ ἂν τὸ δεύτερον προσετέθη.

Τῷ αὐτῷ. ρλς.

Εἰ καὶ δεινῶς καὶ τεχνικῶς ἡ αἰγυπτία τὰ λίνα τῆς ἐπιθυμίας ἀνεπέτασε, καὶ τὴν παγίδα ἔστησε θηρῶσα τὸν νέον, καὶ διὰ μὲν τῶν ὀφθαλμῶν ἐγοήτευσεν· ἐκαλλωπίζετο γὰρ τραγικῶς, διὰ δὲ τῆς ἀκοῆς ἔθελγε· πᾶσαν γὰρ προσῆγε καὶ διὰ ῥημάτων πεῖραν,